

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8911

Auteur(s) : Robert d'Ouffières [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [...1200...]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert d'Ouffières, chevalier, avec l'accord de son fils Philippe et de son frère Hugues, donne et concède à l'abbé et aux moines de Barbery la quatrième part de dîme des églises de Saint-Germain-de-Chemin et de Saint-Hermès de Fontenay-le-Marmion. Les moines lui conèdent en échange des terres situées à Maisons et données à l'abbaye par Robert [IV] Marmion, avec l'accord du fils de celui-ci, Robert neveu de Guillaume de Beauchamp. Robert d'Ouffières reçoit ces terres dans son fief : à ce titre, ces terres retrouvent leur statut antérieur à leur cession en aumône, et par conséquent Robert d'Ouffières et ses héritiers devront s'acquitter de toutes les obligations féodales auxquelles elles sont astreintes.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1648 (n° 21).

Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

Texte d'après A

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Robertus de Offeriis miles salutem in domino perpetuam. Noverit universitas vestra quod cum ego quartam partem decime frugum in parrochia ecclesiarum Sancti Germani de Chimino et Sancti Hermetis de Fonteneto Marmionis jure hereditario possiderem, abbas et conventus Barbereii in villa que dicitur Maisons quasdam terras suas in suo dominico ex donatione Roberti Marmion, interveniente assensu filii sui Roberti Marmion nepotis Willelmi de Bellocampo possiderent pacifice, honeste permutationis commoditate hinc inde considerata, in excambium illarum terrarum prefatam decimam assensu et voluntate Phill[i]ppi filii mei et Hugonis fratris mei dedi et concessi dictis abbati et monachis in perpetuam puram, liberam et quietam elemosinam possidendam. Ad majorem vero cautelam terre ille quibus poterunt expresse sunt vocabulis, in via doiti dimidiam acram ; super domum Mainardi unam virgatam et dimidiam, et preterea campum unum ; apud Batpalmes dimidiam acram ; ad Hogam dimidiam acram ; in Magno Campo dimidiam acram ; subtus gardenum Reinaldi Andree unam virgatam ; in Pancot Vruo dimidiam acram ; in Monteval quinque virgatas ; in Taisneria unam acram, et preterea unam virgatam et dimidiam ; in campo de Monte tres virgatas ; in vinea dimidiam acram ; ad fossam spinosam dimidiam acram ; in Lonebu dimidiam acram, et tres virgatas ; item virgatam unam et dimidiam ; ad Roncam dimidiam acram et unam virgatam ; [in Lupertia] unam virgatam et dimidiam ; in Quarello tres virgatas ; in Meneloc septem virgatas ; super doitu[m] unam ac[ram] ; in la

Baignoi]re unam virgatam et dimidiam ; in curtis petiis dimidiam acram ; ad ruam tres virgatas, preterea dimidiam ac[r]am [et dimidiam virgatam ; in Cul]tura unam acram et dimidiam ; in campo molendini de Tor tres virgatas ; ad crucem Pinel sep[tem virgatas ; in Campo Spi]ne unam acram et dimidiam ; in Lagupilleria unam virgatam et dimidiam ; ad fossam Goie dimidiam ac[ram ; in Secheron] tres virgatas ; in Fondreel Deeline dimidiam acram ; in via Vadi unam virgatam et dimidiam ; in Broses septem virga[ta]s et di]midiam ; juxta gardinum Gervasii de Brandel unam virgatam ; juxta domum ejusdem, unam virgatam et dimidiam ; in Spingues dimidiam acram et dimidiam virgatam ; in curta Pascua dimidiam acram ; item dimidiam acram ; in campo de Ponte quinque virgatas ; in Yeline quinque virgatas ; item unam virgatam et dimidiam ; in Torto Campo unam virgatam et dimidiam ; in campo de Laperuche unam acram ; ad fossam de Brandel unam virgatam ; in Malpertus tres virgatas ; in Montagu unam acram ; in Lonboel quinque virgatas ; in vado de la Harella unam virgatam ; in Aumofossa unam acram et dimidiam ; Lepancot. Has terras sub mensura prenomina in excambium prefate decime grantanter accepi a memoratis abbate et monachis sine controversia vel contradictione futura alterius mensurationis faciende. Et quam sepedicta decima cum alia parte feodi mei honoribus et serviciis secularibus prius erat subjecta, ut ipsa decima in elemosinam translata penitus sit queta et libera et ab omni servitio seculari in perpetuum absoluta, ego omnia servit[i]a et honorata secularia que inde ego et antecessores mei facere debebamus aut consueveramus facere in terras supradictas et in reliquum feodum meum transtuli et recepi. Ut igitur permutatio ista perpetue memorie commendetur et inconcussam habeat firmitatem, eam presentis scripti et sigilli mei munimine confirmavi.